CATALOGUS COMMUNIS SCRIPTORUM BRUNSVICENSIA ILLUSTRANTIUM, TRIBUS TOMIS HUJUS OPERIS COMPREHENSORUM.

PRÆMONITUM.

CUm nonnulla inepta & falſa in Scriptoribus quibusdam, huic Operi inſertis, legantur, præſertim ubi poſteriores de rebus antiquioribus loquuntur: Lectorem (quanquam ſuperflua apud harum rerum peritiores cautione) monere volumus, talia à nobis minimè probari; etſi non ſemper contradicere aut refutare vacaverit, cum plerumque ſemet refutent apud intelligentes: ſupprimere autem jus fasq; non fuit. Ita (exempli cauſa) autor Chronici Picturati, Saxonica Dialecto conſcripti, ineptè narrat, Henricum Leonem à Mediolanenſibus corruptum, à Friderico Auguſto diſceſſiſſe: cum conſtet, eum irritæ illi expeditioni ne interfuiſſe quidem, & alias longè ob cauſas ab Imperatore diſſenſiſſe. Sic quædam Chronica Eccleſiarum aut urbium habent aſſertiones circa jura ſuorum locorum aut noſtrorum Principum, quas tanquam à teſtibus in propria cauſa prolatas non admittimus. Sic etiam quidam Dialecto Saxonica de Magni Torquati rebus ſcribens, contra jura noſtrorum Principum ſententias dudum exploſas tuetur: nec ideo minus edendus fuit ob alia utilia, quæ habet.

TOM. I.

1. *Excerpta veterum Scriptorum de populis ad Albim & Viſurgim.* pag. 3.
2. *Lex Saxonum.* p. 77.
3. *Lex Angliorum & Werinorum.* p. 81.
4. *Altfridi vita S. Ludgeri.* p. 85. Ludgerus fuit primus Epiſcopus Monaſterienſis, qui Monaſteria Werthinenſe & *Helmſtadienſe* in ſuo allodio fundavit. Altfridus ei cognatus, fuit Epiſcopus Monaſterienſium tertius.
5. *Excerptum ex Litaniis Rhythmicis, vitam S. Ludgeri continentibus.* p. 100.
6. *Chartularium Werthinenſe.* p. 101.

7. *Poëtæ Saxonis Annales Caroli Magni.* p. 120. Hunc à Reineccio primùm editum, ex antiquo codice recenſuimus.
8. *Vita S. Idæ.* p. 171. Fuit illa conjux Ecberti Saxonum Ducis ſub Ludovico Pio, cujus in bona & honores Ludolfus ex parte ſucceſſit.
9. *Translatio S. Puſinnæ.* p. 181. Ejus corpus ex Gallia ad Hervordiam Weſtfaliæ translatum eſt cura Abbatiſſæ Hadwidis, natæ (ut videtur) ex filia Ecberti & Idæ.
10. *Legenda de martyribus in Ebbekeſtorp reconditis.* p 184. A Normannis occiſi ſunt. Ebsdorf eſt Monaſterium in ditione Luneburgenſi.
11. *Fragmentum ex Martyrum in Ebbestorp quieſcentium paſſione.* p. 191.
12. *Supplementum hiatus Annalium Fuldenſium.* p. 192.
13. *Vita B. Mathildis, Reginæ Germaniæ.* p. 192. conjugis Henrici Aucupis.
14. *Summa capitum, ex quibus conſtant tres libri Widukindi Corbejenſis, qualis legitur in codice antiquo Bibliothecæ Caſinenſis.* p. 208.
15. *Variæ lectiones ex Widukindi codice Archivi Electoralis Dreſdenſis.* p. 211.
16. *Hiſtoria Witichindi, editæ Baſileæ apud Joannem Hervagium anno 1532. collatio cum MS. Bibliothecæ Caſinenſis.* p. 221.
17. *Litaniæ binæ in Corbeja Saxoniæ uſurpatæ.* p. 233.
18. *Incerti Autoris carmen Panegyricum in laudem Berengarii Auguſti.* p. 235. Continet nonnulla notabilia, quæ ad antiquos Eſtenſes pertinere viris doctis viſa ſunt & ſtatum Italiæ circa illa tempora illuſtrant.
19. *Translatio Reliquiarum corporis S. Epiphanii ex Italia in Hildesheim.* p. 257.
20. *De fundatione quarundam Saxoniæ Eccleſiarum à temporibus Caroli M. ad Ottonem M.* p. 260.
21. *Vita S. Adelheidis Imperatricis, autore Odilone.* p. 262. Ipſa fuit uxor Ottonis Magni, Odilo vero Abbas Cluniacenſis.
22. *Vita D. Brunonis Colon. Archiepiſcopi, à Ruotgero ſcripta.* p. 273. Brunoni fratri Ottonis M. familiaris fuit Ruotgerus & hanc ejus vitam juſſu Folcmari ſucceſſoris ſcripſit.
23. *Teſtamentum D. Brunonis cum ejusdem Epitaphio.* p. 289.
24. *Teſtimonium de Domno Brunone ex vita Gerhardi Abbatis Bronienſis.* p. 290.
25. *Narratio de translatione S. Evergisli, Colon. olim Epiſcopi, ex Tungrenſi urbe ad Metropolin, procurata à Brunone.* p. 291.
26. *Vita Theodorici I. Metenſis Epiſcopi ex ſtirpe Witikindea, ſcripta à Sigeberto Levita S. Vincentii.* p. 293. *Sigebertus* is eſt, qui vulgo *Gemblacenſis* appellatur.
27. *De Venerabilibus Palatinis Rheni, Ehrenfrido ſeu Ezone & Mathilde, eorumque filia B. Richeza, Regina Poloniæ, narratio, à Monacho Brunwillerenſi conſcripta.* p. 313. Mathildis hæc fuit filia Ottonis II. Auguſti.
28. *Ditmarus reſtitutus, ſeu Ditmari Epiſcopi Merſeburgenſis geſta Saxonum, libris IIX. comprehenſa [quibus Cæſarum, ex antiqua domo Brunſuicenſi ortorum, hiſtoria continetur]* p. 323. Incipit in Henrico Aucupe, finit in Henrico Sancto. Emendatus ſuppletusque eſt ex Codice,

quem

quem R R. P P. Antverpienſes Societat. Jeſu ſuppeditarunt.
29. *Vita Ditmari.* p. 427.
30. *Vita Henrici S. Imperatoris, ab Adelboldo conſcripta.* p. 430. Epiſcopo Trajectenſi contemporaneo.
31. *Vita S. Bernwardi, XIII. Hildesheimenſis Eccleſiæ Epiſcopi, autore Tangmaro.* p. 441. Magiſtro Scholarum, qui ipſius Bernwardi ſtudia moderatus fuerat.
32. *Narratio de Canoniſatione & Translatione S. Bernwardi.* p. 469.
33. *Compendium vitæ S. Bernwardi.* p. 481.
34. *Vita S. Godehardi Epiſcopi Hildeshemenſis.* p. 482.
35. *Hiſtoria Canoniſationis S. Godehardi & translationis ejꝰ corporis.* p. 505.
36. *Vita Meinwerci Epiſcopi Paterbrunnenſis.* p. 517. ex ſtirpe Wikindéa.
37. *Vita B. Heimeradi, Presbyteri & Confeſſoris, autore Egberto.* p. 565. Fuit notus Meinwerco Haimeradus.
38. *Pontifices Romani, gente Saxones.* p. 576. Hîc vera Clementis II. origo comprobatur.
39. *Guilielmi Appuli Hiſtoricum poëma de rebus Normannorum, in Sicilia, Appulia & Calabria geſtis, usque ad mortem Roberti Guiſcardi Ducis.* p. 578. Hinc diſcimus nonnulla inſignia de Azone Marchione, progenitore Brunſvicenſium atque Eſtenſium, & filio ejus Hugone.
40. *Vita Mathildis, Celeberrimæ Principis Italiæ, carmine ſcripta à Donizone.* p. 629. Mathildis hæc paſſim videtur doctis ex eadem cum Eſtenſibus origine proceſſiſſe. Eadem nupſit Gvelfo, Azonis prædicti (ex filio) nepoti; & hinc bona ejus ad Gvelfos mox pervenêre.
41. *Vita ejusdem Mathildis, oratione ſoluta comprehenſa.* p. 689.
42. *De S. Autore & Translatione Reliquiarum ejus in Regionem Brunſvicenſem.* p. 701.
43. *Reinhardi Reinehuſenſis Abbatis opuſculum de familia Winzenburgenſi & Reinhardi Epiſcopi Halberſtadenſis.* p. 703.
44. *Imperatorum ab Henrico Aucupe ad Henricũ V. res præclarè geſtæ.* p. 707.
45. *Annales Hildenshemenſes ab anno Incarnationis Domini 714. ad annum usque 1138.* p. 710.
46. *Chronicon Epiſcoporum Hildenshemenſium.* p. 742. Eſt ipſius *Ekkehardi Abbatis Vragienſis* Chronicon hactenus deſideratum, cum aliqua continuatione.
47. *Excerpta ex Necrologio Hildeshemenſis Eccleſiæ veteri.* p. 763.
48. *Indiculi confraternitatum & Epiſcoporũ Hildeshemenſis Eccleſiæ.* p. 767.
49. *Nomina Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, qui primum in Hildeshemenſi Eccleſia cathedrali Canonici fuerunt.* p. 768.
50. *Excerpta ex libro Donationum, Eccleſ. Hildeshemenſi factarum.* p. 770.
51. *Fragmentum de reliquiis quibusdam Eccleſiæ Cathedralis Hildeshemenſis.* p. 771.
52. *Catalogus Epiſcoporum Hildeshemenſium.* p. 772.
53. *Verſus antiqui de Venerabili Vicelino Epiſcopo Aldenburgenſi.* p. 774. Wicelinus ex Hamela opido oriundus, fuit familiaris Lothario Saxoni Imperatori, & Henrico Leoni, à quo fuit ad Epiſcopatum Aldenburgenſem vel Lubecenſem promotus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

54. *Compendium Vitæ & Translationis Venerabilis Vicelini.* p. 780.
55. *Chronicon Weingartenſis Monachi de Guelfis Principibus.* p. 781. Addatur Tomi III. numerus 27.
56. *Ejusdem Chronicon à Chriſto nato usque ad annum 1197.* p. 794.
57. *Arbor Genealogica, præfixa antiquo Codici membranaceo MSto Hiſtoriæ de Gvelfis Principibus.* p. 800.
58. *Ladislai Sundheimii, ex opido Ravensburg, Canonici Viennenſis familia Welforum.* p. 801.
59. *Othonis Morenæ & Acerbi, Othonis F. rerum Laudenſium, tempore Federici Ænobarbi, Hiſtoria.* p. 806. In hoc libro Henrici Leonis & aliorum inſignium virorum icones verbis exhibentur ab eo, qui ipſos vidit.
60. *Chronicon Stederburgenſe, cui inſerta Gerhardi Præpoſiti de Henrici Leonis poſtremis rebus geſtis hiſtorica narratio.* p. 849. Auctius ex authentico Codice.
61. *Excerpta ex narratione de Godeſcalci viſionibus.* p. 870. Is in Henrici Leonis exercitu fuit.
62. *Excerpta ex Rogerio Hovedeno de rebus geſtis Henrici Leonis Saxoniæ Ducis, & filii ejus Ottonis IV. Imperatoris.* p. 876.
63. *Gervaſii Tilberienſis, Arelatenſis Regni Mareſcalci, Otia Imperialia ad Ottonem IV. Imperatorem.* p. 881. Hactenus non niſi excerpta prodierant, nunc totum opus extat. Add. Tom. II. numerum 47.
64. *Variæ lectiones & Emendationes Ditmari, ſerius annotatæ.* p. 1005.

TOM. II.

1. *Vita S. Conradi ex Guelfis.* pag. 1. Fuit Epiſcopus Conſtantienſis.
2. *Chronicon Vetus Ducum Brunſvicenſium & Luneburgenſium.* p. 14. A ſcriptore ſeculi XIII. inclinantis.
3. *Fragmentum Genealogiæ Ducum Brunſvicenſiũ & Luneburgenſium.* p. 18.
4. *Genealogia Ducum Brunſvicenſium illorum, qui Eimbeck, Oſterrot, Hamelen & Duderſtad cum attinentiis poſſederunt.* p. 20. Engelhuſio aſcribitur.
5. *Narratio Altahenſis.* p. 21. de quorundam Ducum Bavariæ Genealogia & incrementis; ubi & de Palatinatu Rheni in Witelsbachios translato per filiam Henrici Palatini, Henrico Leone nati. Ex Codice inferioris Altahæ Monaſterii in Bavaria.
6. *Mauriſii Hiſtoria disſidiorum Marchionis Eſtenſis cum Ecelino de Romano.* p. 23. Gerardus Mauriſius etſi Ecelino favens, Eſtenſium tamen antiquos honores non diſſimulat.
7. *Sententia arbitralis Johannis Regis Franciæ ſuper controverſia honoris inter Ottonem Ducem Brunſvicenſem & Henricum Ducem Lancaſtriæ.* p. 47. Otto ille Dux non alius fuit, quam qui vulgò Neapolitanus vel etiam Tarentinus appellatur. Dux Lancaſtriæ ex ſtirpe Regia Angliæ fuit, primarius Regni vir.
8. *Excerpta de geſtis ejusdem Ottonis, vulgo Tarentini.* p. 50. ex Theoderico de Nyem & Gobelino Perſona.
9. *Excerpta Chronologica de Ducibus Brunſuicenſibus, & de reliquiis Eccleſiæ collegiatæ S. Blaſii.* p. 59.

10. *Compilatio Chronologica, à temporibus Caroli M. ad ann. MCCCCX.* p. 62. Hîc plerumque annotantur ſpectantia ad res hujus & vicinarum regionum, præſertim in poſterioribus.
11. *Chronicon Riddageshuſanum.* p. 68. ad annum usque 1508. continuatum. Eſt univerſale & compendioſum.
12. *Duæ continuationes Chronici Engelhuſiani.* p. 84. add. n. 51.
13. *Telomonii Ornatomontani deſcriptio belli A. D. 1493. inter Duces Brunſvicenſes civitatemque Brunſvicenſem geſti.* p. 88.
14. *Excerpta ex Monaſterii S. Michaelis Hildeshemenſis Necrologio.* p. 103.
15. *Chronicon antiquum Eccleſiæ Halberſtadenſis.* p. 110. Scriptum eſt ſeculo decimo tertio.
16. *Hiſtoria Alberti II. Epiſcopi Halberſtadenſis.* p. 148. Scripta à contemporaneo.
17. *Catalogus Epiſcoporum Hildesheimenſium.* p. 153.
18. *Præcepta ſuper circumſcriptione finium Eccleſiæ Hildeſemenſis.* p. 155.
19. *Hermanni de Lerbecke Chronicon Epiſcoporum Mindenſium.* p. 157. Alia Chronica Mindenſia & alia ſcripta Lerbeccii prodierant; hoc nunc primum.
20. *Chronicon Epiſcoporum Verdenſium.* p. 211. ad ann. Dom. 1480. juſſu Epiſcopi Bertoldi.
21. *Vita S. Swiberti.* p. 222. attributa Markelmo vel Marcellino ejus ſocio. Svibertus ex Anglia cum Willebrordo circa A. D. 690. in Germaniam venit, & Eccleſiam fundavit in loco ad Rhenum, qui hodie Inſula Cæſaris, Kaiſers-werth appellatur. Et cum eſſet Epiſcopus ſed regionarius, per errorem creditus eſt fuiſſe primus Epiſcopus Verdenſis in Saxonia. Vita hæc ſuppoſita eſt Markelmo & à poſteriore ſcripta; quædam tamen continet, quæ diſcuſſionem merentur, & inter cætera antiquitas loci *Brunſvic.*
22. *Relatio de canonizatione S. Swiberti.* p. 243. attributa S. Ludgero; eſt ejusdem Commatis, nempe ſuppoſititia jam dudum.
23. *Excerpta ex Johannis Rhode regiſtro bonorum & jurium Eccleſiæ Bremenſis.* p. 253. Joh. de Rhode Archiepiſcopus Bremenſis obiit A. D. 1500. Totum opus perutile eſt, ſed nobis excerpta ſuffecerunt.
24. *Chronicon Saxonum Quedlinburgenſe.* p. 272. Eſt univerſale, ſed Quedlinburgi fortaſſe compoſitum. Initia omiſſa ſunt usque ad Valentem & Valentinianum. Deſinit A. D. 1025. poſt mortem Henrici S. & quædam habet non ſpernenda, quia eſt ab autore antiquo.
25. *Annales antiqui Corbejæ Saxonicæ.* p. 296. ſed à recentioribus continuati & interpolati. Finiunt A. D. 1471.
26. *Roswithæ carmen de primordiis cœnobii Gandeshemenſis.* p. 319. nunc primum erutum.
27. *Henrici Bodonis Chronici Gandeshemenſis ſupplementum.* p. 330. quod hactenus non extabat.
28. *Selecta ex Chronico Cluſino Henrici Bodonis.* p. 345. Cluſinum Monaſterium prope Gandersheimiam ſitum eſt.
29. *Diplomata Gandershemenſia aut ex iis excerpta.* p. 371.
30. *Narratio de Monaſterio S. Michaelis in Luneburg.* p. 380.

31. *Ottonis Kultzingii narratio de fundatione & translatione Monaſterii Sanctæ vallis in civitatem Luneburgenſem.* p. 383.
32. *Chronicon Cœnobii S. Michaelis in Hildesheim.* p. 399.
33 *Johannis Legatii Chronicon cœnobii S. Godehardi.* p. 404. etiam in Hildesheim.
34. *De origine Monaſterii Montis S. Mariæ prope Helmſtede.* p. 426.
35. *De origine Monaſterii Mariæ Fontis.* p. 431.
36. *Henrici de Bernten Chronicon Marienrodenſe.* p. 432. Monaſterium ſitum eſt prope Hildeſiam, ſed eſt juris Hanoverani.
37. *Narratio de fundatione Cœnobii S. Crucis apud Brunſvic.* p. 469.
38. *Excerpta ex Ordinario Eccleſiæ S. Matthæi in Brunſvic.* p. 470.
39. *Johannes Buſchius de reformatione Monaſteriorum quorundam Saxoniæ.* p. 476. add. n. 49. Multa ſunt utilia in hoc opere ad ſtatum Eccleſiæ & Reipublicæ harum regionum intelligendum, qualis fuit poſt Concilium Baſileenſe.
40. *Narratio de Baſilica Goslarienſi ejusque Præpoſitis.* p. 506.
41. *Johannis de Polda Chronicon Eccleſiæ Hamelenſis ſuppletum.* p. 508.
42. *Excerpta Hiſtoriarum Memorabilium Cæſarii Heiſterbacenſis.* p. 516. de rebus Ottonis IV. Imp. & contemporaneis.
43. *Diſputatio carmine conſcripta inter Romam & Papam de Ottonis IV. deſtitutione.* p. 525.
44. *Chronicon Eccleſiæ Goslarienſis S. S. Simonis & Judæ, cum recenſione reliquiarum.* p. 533.
45. *Chronica Slavorum Helmoldi & Arnoldi, cujus operis magna pars de rebus Henrici Leonis agit.* p. 537. Adjicere hoc opus operæ pretium fuit, tum quia inter primaria eſt eorum, quæ ad res noſtras pertinent; tum quia nondum in ulla Collectione ſcriptorum veterum habetur.
46. *Loca in Hermanni Corneri Chronico inedito ex Helmoldo & Arnoldo citata, quæ tamen apud eosdem, quales extant, vel plane non vel aliter leguntur.* p. 743.
47. *Emendationes & ſupplementa Otiorum Imperialium Gervaſii Tilberienſis.* p. 751. Integra capita ex Codicibus inprimis Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ acceſſerunt, quæ Tom. I. n. 63. adhuc defuerant.
48. *Chronicon Epiſcoporum Hildeshemenſium, nec non Abbatum S. Michaelis.* p. 784.
49. *Johannis Buſchii de Reformatione Monaſteriorum libri IV. ubi ſupplentur & emendantur jam ſupra n. 39. edita, & opus ipſum integratur.* p. 806.
50. *Deſignatio Monaſteriorum congregationis Bursfeldenſis.* p. 972. Bursfelda in Hanoverana ditione ſita eſt, ſed Monachis hodie deſtituta. Nomen tamen retinet Congregatio, quæ multa per Germaniam & Belgium cœnobia complectitur.
51. *Chronicon Theoderici Engelhuſii auctius.* p. 977. add. ſupra n. 12. Ex pluribus Codicibus, ipſaque, ut apparet, recenſione Autoris factum eſt opus prope tertia parte auctius.

TOM. III.

1. *Chronicon Principum Brunſvicenſium Rhythmicum antiquum.* p. 1. ſermone vernaculo antiquo, tum Saxonica, tum (ex editione Gobleri) alia Dialecto ſcriptum, tempore Henrici Mirabilis & Alberti II. ejus fratris.

2. *Apo-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

2. *Apographum Tabulæ vernaculæ, in Baſilica S. Blaſii Brunſvicenſi ſuſpenſæ, de rebus Ducum Brunſvic.* p. 148.

3. *Eberhardi Presbyteri de fundatione & incrementis Gandeshemenſis Eccleſiæ verſus Saxonici antiqui.* p. 149. Scripſit circa Ann. Dom. 1216. vid. c. 17.

4. *Chronicon Luneburgicum vernacula Saxonum* (ſc. inferiorum hodie) *dialecto, ab initio Ducatus Luneburgici ad Ann. 1421.* p. 172.

5. *Excerpta Chronici Hermanni Corneri, ab anno 1371. incluſivè, ad urbem Luneburgicam pertinentia, cum continuatione ad ann. Dom. 1466. Dialecto Saxonica.* p. 199. Cornerus Latinè ſcripſit, ſed quædam ejus poſtrema hìc Saxonicè exhibentur cum continuatione.

6. *Alia continuatio Hermanni Corneri, ab A. D. 1435. incluſivè ad Ann. 1438. Dialecto Saxonica.* p. 203.

7. *Fragmentum Chronici Bardewicenſis, Dialecto Saxonica.* p. 216.

8. *Narratio vetus de Ducis Magni Junioris, vulgo Torquati fatis, Dialecto Saxonica.* p. 219.

9. *Notitia quædam rei nummariæ Luneburgicæ, Hamburgenſis & Lubecenſis ab Ann. 1325. ad 1525.* p. 222.

10. *Henricus Lange de origine controverſiæ Prælatorum Luneburgicæ.* p. 223. circa medium ſeculi XV. Dialect. Sax.

11. *Oda Saxonica brevis & carmen Saxonicum prolixius, quibus bellum Hildeshemenſe Anni 1519. & ſequentium* (vulgo Stiftiſche Fehde) *à contemporaneis deſcribitur.* p. 254. p. 256.

12. *Fragmentum Chronici Hildeshemenſis, vernaculo Saxonum ſermone ſcripti.* p. 261.

13. *Johannis Stadwegii Poppendicenſis Chronicon vernaculũ.* p. 263. Omiſſa ſunt anteriora usque ad Pipinum Regem: procedit usque ad A. D. 1441.

14. *Chronicon Brunſvicenſium Picturatum, Dialecto locali conſcriptum, autore Conrado Bothone cive Brunſvicenſi.* p. 277. Prodiit primum Moguntiæ 1492. ex typographia prima, quam tunc habebat Petrus Schoffer von Gernsheim (ſic legendum, non ut p. 423. Gerupheim) in 4to. Acceſſit hìc appendix addita à poſteriore ex MS. usque ad A. D. 1540.

15. *Chronicon breve Principum Romanorum, qui Goslariæ aut in vicinia egerunt, & Eccleſias privilegiis ornaverunt, Dialecto Sax.* p. 426.

16. *Catalogus vernaculus reliquiarum Eccleſiæ Collegiatæ Goslarienſis, vulgò* das Munſter *dictæ.* p. 431.

17. *Antiquiſſimæ leges Municipales civitatis Brunſvicenſis.* p. 434. Videntur confectæ tempore Ottonis I. Ducis Brunſvicenſis. In codice antiquo, qui fuit Ampliſſimi Viri *Henrici Avemanni*, Brunſvicenſis olim Secretarii, tandem Vice-Cancellarii Oſtfriſii, ſequens titulus præſcriptus eſt, recentiore quidem manu, ex veteribus tamen, ut apparet, notitiis: Düdt iſt dat erſte Brunswickiſche Stadrecht, dat van Hartigen Otten bewilliget und van Keiſer Fredderich beſtediget iſt. Dütt Stadrecht wieſedt up Keiſer Otten (Ottonem IV.) de den Gilden ohre Gilde gegeven hefft. Dat iſt Hartigen Otten Vader Bruder geweſt. Sed etſi baſis harum legum ab Ottone I. Duce repetenda videatur; interpolatas tamen jam, & ſub filio ejus Alberto auctas fuiſſe apparet.

18. *Ordinarius Senatꝰ Brunſuicenſis, juſſu ipſius conſcriptꝰ A. D. 1408.* p. 446.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Continet formam Reipublicæ, quemadmodum eo tempore in urbe adminiſtrabatur.

19. *Antiquæ Leges Municipales Cellenſes A.D.1301.* p. 483.

20. *Leges Municipales antiquæ civitatis Imperialis Goslarienſis.* p. 484.

21. *Leges Metallicæ Montis Rammelii prope Goslariam.* p. 535. quales in uſu erant circa medium ſeculi XV.

22. *Chronica S. Ægidii in Brunſvic.* p. 558. usque ad A. D. 1474. Hactenus notus fuit hic liber ſub titulo Compilationis Chronologicæ.

23. *Syllabus Abbatum Werthinenſium & Helmſtadienſium àutore Fratre Henningo Hagen.* p. 600.

24. *Uffingi Monachi Werthinenſis in laudem Werthinæ carmen.* p. 604. Idem eſt Uffingus, qui vitam S. Idæ ſcripſit, editam Tomo I.

25. *Werneri Rolevinkii de Antiquorum Saxonum ſitu & moribus libri tres.* p. 606. Opus dudum editum, & non parum rebus noſtris inſerviens adjecimus, quia in nulla alia collectione inſertum habetur.

26. *Additiones & Emendationes ad vitam B. Mathildis Reginæ Germaniæ.* p. 653. Edita jam eſt illa vita T. I. p. 192.

27. *Emendationes & ſupplementum Chronici Weingartenſis Monachi de Gvelſis Principibus.* p. 657. Ex Codice antiquo Monaſterii ipſum Chronicon jam fuit exhibitum T. I. p. 781.

28. *Excerpta de Gvelſis ex Viti Arenbeck Presbyteri Friſingenſis Chronica Bavarorum inedita.* p. 660. Floruit medio ſeculo XV.

29. *Brevis narratio belli, quod Magnus junior Dux ejusque filii cum Luneburgenſibus geſſerunt, à cive, ut apparet, Brunſvicenſi, Saxonico idiomate conſcripta.* p. 675.

30. *Excerpta ex collectaneis poëticis Theoderici Blockii, Brunſvico-Hildeſemenſis Medici, circa finem ſeculi XV. florentis.* p. 677. Hinc nonnulla diſcimus circa ſtatum rei literariæ ejus temporis in his regionibus.

31. *Chronologia Abbatum Ilſineburgenſium.* p. 684. Monaſterium fuit ad Hercynios montes diœceſis Halberſtadenſis.

32. *De origine & Abbatibus Monaſterii Luccenſis.* p. 690. in territorio Hanoverano.

33. *De Abbatibus S. Michaelis Luneburgenſis.* p. 699.

34. *Henrici Bodonis ſyntagma de Eccleſia Gandershemenſi.* p. 701. Correctiùs editur hic ex MSto, unde ſupra dedimus ſupplementum Tom. II. n. 27.

35. *Arnulſi geſta Mediolanenſium, libris quatuor comprehenſa.* p. 727. Autor floruit medio ſeculo Undecimo, & fuit ex cognatione Arnulfi Archiepiſcopi Mediolanenſis, qui tempore Henrici 5. Imp. ſedit.

36. *Excerpta ex Necrologio Monaſterii Werthinenſis.* p. 747.

37. *Excerptum ex Chronico Opere Andreæ Dandoli Ducis Venetiarum.* p. 748. qui Ducatum tenuit medio ſeculo XIV.

38. *Lacuna Chronici Magdeburgenſis editi, ex MSto ſuppleta.* p. 749.

39. *Legum Wisbyenſium ab Henrico Leone confirmatarum præfatio.* p. 750. addatur ejus privilegium Wisbyenſibus datum, præfationi Tomi 3. ad hunc numerum Tomi inſertum.

40. *Excerpta ex Chronico MS. Eccleſiæ Goslarienſis, Dialecto Saxonica.* p. 750.

41. *Leges antiquæ Civitatis Luneburgenſis de hæreditatibus.* p. 754.

42. *Excerpta Necrologii Fuldenſis antiquisſimi.* p. 759. unde tempora mortium perſonarum complurium Illuſtrium extra controverſiam collocantur.

(o)